

**Generosissimi, nobilissimi, expertissimique Di. Di. Ludovici de Bils à
Copensdamme, Bonem, &c.; Di. Urbis atque territorii Arbenburgici
praetoris Specimina anatomica : cum clariss. doctissimorumque virorum
epistolis aliquot & testimoniis. / Interprete G. Buenio, S. Schiedam. R.**

Contributors

Bils, Lodewijk de, 1624-1670.
Buenius, Gideon, active 1658.
Leers, Arnout, -1674?

Publication/Creation

Roterodami : Ex officinâ Arnoldi Leers, MDCLXI. [1661]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hqrrff9mz>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

372/ *Generosissimi, Nobilissimi, Expertissimique*

Dⁱ. Dⁱ. LUDOVICI DE BILS

à Copensdamme, Bonem, &c. D^h

Urbis atque Territorii *Ardenburgici* Pratoris,

SPECIMINA ANATOMICA,

Cum Clariss. Doctissimorumque Virorum

Epistolis aliquot & Testimoniis.

Interprete G. BUENIO, S. *Schiedam*. R.



ROTTERODAMI,

Ex Officinâ, ARNOLDI LEERS. MDCLXI.

L. H. Otten

W. D. EUBO VICI DE B...


W. D. EUBO VICI DE B...

STECIMIA ANATOMICA

STECIMIA ANATOMICA

STECIMIA ANATOMICA

STECIMIA ANATOMICA



ROTTERDAMI

ROTTERDAMI

Excellentissimis, Magnificentissimis, Nobilissimis, Amplissimis, Spectatissimis Viris Dominis,

D° D° ALBRECHTO VANDER GRAEF,
Exconsuli Gravissimo, ad Illustriss. Præpotentum Hollan-
diæ West-Frisiæque Ordinum Confessum Delegato
splendidissimo.

D° D° GUILIELMO MEERMAN,
Ex-Scabino Meritissimo.

D° D° ZACHARIÆ HOFDYK à BE-
RESTEYN, Toparchæ tot Middel-harnas, Scabino-
rum Præsidi Insigni.

D° D° THEODORO VALENSI, Med.
Doctori Clarissimo, Scabinorum Ex-Præsidi Dignissimo.
Gymnasii, Collegiique Delphensis Quatuor-Viris Munnificentissimis.

Ut &

D° D° HERONI CRAMERO, ejusdem
Gymnasii, Collegiique Regenti Doctissimo, Vigilantif-
simo, Clarissimo.

*Literarum, Literatorumque Mæcenatibus, Patronis, Promotoribus
Summis, Venerandis, Colendis.*

SPECIMINA hæc qualiacun-
que in promptissimi animi *πικρήσει*

Eâ, quâ par est, animi devotione

D. D. D.

Obsequentissimus eorum cultor

G E D E O N B U E N I U S .

S. Schiedam. R.

In laudem Generosiss. Nobiliss. Expertissimique

Dⁱ. Dⁱ. LUDOVICI DE BILS,

à Copensdamme, Bonem., &c. Dⁱ

Anatomici Incomparabilis:

ABdera, civis quamlibet Democriti
 Incuriosa, si videre BILSIUM
 Quivisset alta corporis rimarier
 Secreta nostri, quam fuisset pignore
 Gavisa tali! quamque laudatus stupor
 Fixisset impolita Thracum pectora!
 Vidi stupenda, vidimus non infima
 Artis medentum turba, quod nunc Pergamo
 Beata possit imputare Belgica.
 Quis credat? en fibrilla muscoli teres
 Suo rigatur, palpitatque sanguine,
 Membranulâ vestita circum propriâ.
 Novisse chylum quisquis abditum cupit,
 Ductum Rore turgidum recondito,
 Heroë Nostro preparante corpora,
 Fluxumque roscidi morante sanguinis,
 Cernat quod ignorasse seculum prius
 Galenicorum clamitant volumina.
 Pudore victa Bilisio se prodidit
 Natura, ceu vertisset annulum Gygis,
 Aperta, nuda, noscitanda postmodum,
 Libat pudicam, Bilisius, sedi intima
 Scrutatus à putore rursus liberat.

Ioach. I. F. Borgeusius.

In laudem Generosiss. Nobiliss. Expertissimique

Dⁱ. Dⁱ. LUDOVICI DE BILS,
à Copensdamme, Bonem, &c. Dⁱ

Anatomici Incomparabilis.

SI cupis ex aliis, / *Lector* novisse te ipsum,
Si, quod es exterior, si, quod es interior:
Quicquid in obscurâ non visum nube latebat,
Haecenus unius nunc patet arte Viri.
Illius in meritas vellem decurrere laudes,
Materies *Muse* BILSIUS ampla foret,
Et manus illa Viri, quâ non fuit ulla secando
Ingeniosa magis, sanguinolenta minùs;
Sed natura vetat, simul obstruit os, simul inquit;
Si velles tanti dicere cuncta Viri,
Non tibi sufficerent linguæ centum, oraque centum,
Deberes toto corpore posse loqui.

Henricus Bruno.

Æ T E R N Æ

*Generosiss. Nobilissimi*Dⁱ Dⁱ LUDOVICI DE BILS,à Copensdamme, Bonem, &c. Dⁱ

Memoria S.

Purpuratorum seriem Tyrannum
 Qui trahis longam, moderante Bago
 Sceptra millenis metuenda ab annis
 Orbis Hyberni:

En Deus parvi nova regna mundi
 Subdidit, doctâ reparata dextrâ,
 Nullibi visa, Ludovice, parent
 Cum Tibi terra.

Increpet fuscis hominum tenebris
 Pectoris tectos Deus ille ductus,
 Detegis tectos, Ludovice, Ductus
 Numine dextro.

Quid Tibi rictu rabidi cruento
 Conspuunt atrata canes venena,
 Obligas atros Nemesei incruentus
 Vindice rictus.

Seculi sacro redimis putore
 Posteris olim memoranda seris,
 Seculo servas, Ludovice, Te Ipsum
 Usque futuro.

GEDEON BUENIUS.

M O N.



DE · BILS



NOBLETS



MORSLEDE



BAENST

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b31977030>

MONSTROSI FOETUS

In Propugnaculo quodam, non procul ab *Ar-*
denburgo, dicto *de Elderschans* nati,

à D^o. D^o. LUDOVICO DE BILS

Dissecti,

Descriptio Anatomica,

Per D. FRANCISCUM DE RAEDT ad
ABRAHAMUM PARENT. P. M. D.

Benevole Lector,



Um diebus abhinc aliquot à D. D. F. de Raedt missa mihi fuerit Epistola, agens de *Fœtu* quodam *Monstroso* per *Ingeniosiss. Expertissimumque* D. D. LUDOVICUM DE BILS, Ipso præsentè, dissecto; non potui non eam *Medicinæ ac Chirurgiæ* Studiosis communicare: partim quidem ut quorundam Naturæ scrutatorum desideriiis, *Monstroso* hoc *Fœtu* proposito; imprimis verò ut, annexâ hâc ad *Lectorem* præfatione, amicis D. D. de Raedt sollicitationibus satisfacerem.

Equidem non vulgaris illa consuetudo atque familiaritas, quæ mihi cum *Nobiliss. Bilsio* intercedit, animum adderet incitandi illum ad insignis editionem, quod molitur, operis; eo magis, cum *Anatomicus hic Incomparabilis* D. L. *Jordani*, meisque adactus roagationibus *Artem* annos jam aliquot delitescentem, sopitamque quasi de novo suscitavit: Cæterùm cum *Nobiliss. D^m* jam multotiès uti ad *Organi Auditûs Offei* nervorumque ejus evulgationem, à *Nobiliss. D.* modo haud unquam antè viso vel audito nobis demonstratorum sollicitaverim, ut & Operis illius utilissimi de *Ductu Rosifero* cum universis ejus furculis, annexisque cauliculis; ubi exhibet, quâ viâ *Ros* cor subintret, adeoque pericardium, lachrymæ oculos, saliva os, vasa lymphatica jecur totum irrorans corpus.

Itaque ingentibus consideratis sumptibus, quos *Nobiliss. D.* à pueritiâ hucusque toleravit, aliquot librarum Flandricarum millia conficientibus, quot quantaque nocturna diurna subiverit discrimina, ut sibi pararet
cada-

cadavera, indicisque immensos sumptus subeat & labores (cùm etiã nũm præclari quid moliatur) in urbanum ducerem, Nobiliff. monuisse D^m. de *Tra-ctatu* illo jam dudũm desiderato exoptatoque, de *operationibus jecoris, lienis, meatuque, quo serosus humor ad Renes devehitur*; quã de re quæ hæctenũs scripta sunt fundamento nituntur nimium ficulneo: minũs verò, de insigni illã *μικροσκοπικῆ* *Descriptione*: Cùm sciam, nimios sumptus, quibus Nobiliff. D. solus haud par fuerit, ad illud requiri, incredibilibus quippe laboribus refertum.

Cunctos igitur *Anatomes Studiosos*, quos humanæ vitæ tangit salus, imprimis verò *Medicos, Chirurgos, &c.* hiscè oratos velim, ut mecum Nobiliff. D^m. ad Arcani sui revelationem adhortentur, priusquàm mors Ipsum inopina (quod avertat Deus) è medio tollat, Artemque secũm suam sepe- liat; quod verò magnæ *Reipublicæ Medicæ* fraudi ac detrimento fore, evincant illi, qui circumspectã cautãque mente prædicta ejus pervolvunt opera, & dissecta, conditaque illa Specimina, partim *Theatro Leydensium Anatomico* delegata; partim, quæ *Slusæ Flandrorum* penes se servat, spectarunt.

Hunc nostrũ postulatum (meo quidẽm iudicio) haud commodiũs licebit promovere, quàm sumptuum tolerandorum data fide, quos Nobiliff. D^o. facere deinceps necessum sit in *dissectionibus, balsamationibus, calandis tabulis, librorum impressionibus, &c.* novo insignique *Operi Anatomico* adornando requisitis, quod mortalium nemo arcanæ ejus *Anatomie incruentæ* ignarus ullo unquam tempore exequetur: quos hinc haurire dabitur, si unumquodque *Medicorum atque Chirurgorum Collegium* (vel saltem quibus hæc res cordi fuerit, aut etiam singuli *Anatomes Studiosi* aliquid pecuniarum summæ integrandæ conferant, quæ sumptus negotio huic maximè necessario sufficiat; adeoque tot eruditione insignes & *Anatomes Studiosissimi Viri incruentã dissectione revelatã* (quæ unicum hujus Artis celebratur fundamentum) suum assequantur votum, atque itã clarissimum *Medicinæ Lumen* longè latèque diffundatur.

Ab. Parent.

P. M. D.

Clariff.

Clariss. Doctissimoque

D^o. D^o. A B. P A R E N T , S. P.

Nter omnes omnium ætatum *Anatomicos* nulli reperti sunt, qui hâc in palæstrâ nostro seculo exercitatos homines uti in partium usûs cognitione, circulationisque sanguinis superarint: Cæterùm qui oculis non obliquis accuratam incruentamque *Nobiliss. Dⁱ. LUDOVICI DE BILS Anatomiam* intueri velit, omnes omninò alios *Anatomicos* multis præcedere parasangis enunciabit: quod variis occasionibus, præcipuè autem in nuperâ ejus *Ductus Roriferi Descriptione* palàm fecit, quibus meatibus ac ductibus universum irroretur ac humectetur corpus, docens; quâ re multæ *Antiquorum Neotericorumque Anatomicorum* conciliatæ sunt controversiæ, adeoque ingens *Medicinæ* illuxit lumen.

At enim qui à Doctis quibusdam Viris expetitur *Traçtatus* ille de *Ductu Rorifero* (si unquam lucem viderit) propter singularem ejus utilitatem ac præstantiam minimè cesserit; aget enim, quâ ratione *serosus humor atque fel in jecore à Chylo separentur, quâque viâ serum ad renes tendat, quibus usibus lien ejusque ramus, vasque breve in humano inserviant corpore, quidque operentur.*

Itaque te (siquidem *Nobiliss. Dⁱ* familiarissimus es, plurimumque apud *Illum* polles) rogatum velim, *Nobiliss. D^m* humanissimè compelles, uti, *Traçtatu*lo illo promulgato, ad *Universalem Anatomiam humanique corporis Descriptionem* *Nobiliss. D^m* inducant *Phil-anatomici*; quia (uti scis) nihil in corpore humano tam exile est, quod oculos ejus lynceos, manumque fugiat artificem.

Hiscè *Fætûs Monstrosi* Descriptionem à *Nobiliss. Dⁱ* præsentibus *D. D. Moermanno & Me Doctqribus, Ippone Sixto, Cornelio de Coning Chirurgis* disiecti tibi mitto.

Sequitur

MONSTROSI illius FOETUS

Descriptio.

ANno 1657. Novemb. 27. natus est in propugnaculo quodam, non procul ab *Ardenburgo*, dicto *de Elderschans*, Fœtus quidam *Monstrosus*, vel potius duo in unum combinati, patri quidem nomine *LievenWesselinck*, sub signis Centurionis Dⁱ *Leonardi Mogge* militanti, matri verò *Jaque-mijntje Al-de-werelt*, quem nos ut & *Nobiliss. D. De Bils* hujus comperimus fuisse constitutionis, nempe: Capitibus duobus, eorumque collis octavam circiter ulnæ partem inter se disjunctis: cujus altera erat formosâ specie facies, omni ex parte æquali proportione constans; Altera autem omninò deformis, duobus oculis contingentibus se in ipso quasi oris rictu, sine palpebris, superciliis verò bicoloribus, ubi aliàs oculi locum obtinent. Inter oculos superciliaque virile membrum erat quantitati corporis debitâ proportione. Desiderabantur & nasus & os, verum sub mento hiatus exiguus. Caput utrumque hirsutum capillis.

Porro manus quatuor, totidemque brachia comperimus, duo ab altero & altero latere dependentia, duo decussatim à collo inter se implicita, alterâ manu pronâ, alterâ verò supinâ. Corpus superius duplici erat latitudine infernè decrescens propè umbilicum, undè convenientem deprehendebamus latitudinem. tres de hinc mammillas, utrinque unam loco solito, tertiam autem superiùs inter caput utrumque, unumque umbilicum cum suo ligamine, duobus cruribus, totidemque pedibus, quorum sinister intortus, cæterum parte suâ feminei sexûs erat, altitudo semî-ulnæ: verum ut *Clariss. Vir* constitutionem ejus rectiùs discat, hiscè & iconem subjunxi.

Quod interiorem attinet constitutionem, ventre aperto, reperimus omentum duobus ventriculis totidemque intestinis junctum; unum à dexterâ, eratque femellæ, alterum verò à sinistrâ, eratque masculi: intestinum femellæ rectum solitâ ad anum pergebat viâ, masculi autem spinas dorsi intercedebat, atque perforans diaphragma, juxtâ spinæ vertebrae, quod sub mento, petebat foramen.

Oesophagi-tam masculi, quàm femellæ idem diaphragmatis foramen penetrabant; alter os femellæ versus, alter hiatus illum sub mento masculi

ten-

tendentes; ubi œsophagus rectumque intestinum crassâ membranâ inter se distinguebantur, itâ ut natura istud foramen duobus usibus crearet: scilicet, ut per œsophagum ventriculo cibum ingereret, indeque trajecto ventriculo, seipsum eâdem viâ ab excrementis exoneraret.

Reperimus quoque ingentem pulmonem, cum venâ portæ, fellis folliculo, lobisque quinque, at lienem unum, duos renes, cæterùm reliquas partes femellæ.

In pectore offendimus corda duo cum pericardiis suis, & utrobique pulmonem cum duobus lobis, asperisque arteriis: ex ventriculo cordis sinistro tendebat ramus arteriæ magnæ tum femellæ, tum masculi inferiùs; ac ubi accedebant diaphragma, quâ illud perforabant, in unum commiscebantur, deorsum porrecti.

Cava tam masculi quàm femellæ vena ex dextero cordis prodiens ventriculo, diaphragmate perforato coibat, inque eundem coalescens ductum jecur accedebat.

Cæteri ramusculi assurgentes cum reliquis partibus corporis naturalis constituebant formam.

Aperto masculi capite, obliquam deprehendebamus separationem, parùm utrobique cerebri; in medio suprâ utrius nervos oculi, ingentem aquæ copiam, nullos tamen ureteres, aut testiculos, vasavè spermatica; solummodò in membro virili ductum aliquem cerebrum usque ingredientem valvulâ quâdam ab aquâ distinctum, quæ stylo virili membro infixò illo ipso effluebat.

Cæterùm quod thoracem spectat, in eo quatuor deprehendimus clavículas, costas quatuor & triginta, dorsi spinas duas, os sacrum unum.

Hic autem sisto, utque *Clariss. Vir* maneam, qui hætenus fuerim, rogo,
oro

Omni Officio & Obsequio Tuus

FRANCISCUS DE RAEDT.

M. D.

Explicatio 1. Tabulae.

Figura hæc anteriorem *Monstrosi Fætüs* partem cute vestiti exhibet, literæque exteriores notatu dignas partes declarant.


- A. A. Supercilia.
- B. Membrum virile.
- C. Oculi.
- D. Mamma.
- E. Umbilicus.
- F. Muliebria.
- G. Anus, vel potius foramen, quo œsophagus rectumque intestinum terminantur, quod videri nequit, quippe sub mento.
- H. Pes intortus.

I




15. 17

Book 17



17
18
19
20
21



Explicatio 2. Tabule.

Figura hæc *Monstrosam* à tergo *Fætum* secundum ejus constitutionem proponit.

Explicatio 3. Tabula.

Figura hæc *Monstrosum Fœtum* apertum atque omnem omnino evisceratum exhibet. Literæ lineæque interiorum loca partium in supremis cavitatibus, ventreque repertarum, ut & sternum abscissum, claviculæque duplices.

Ao Caput femellæ.

A. A. Caput masculi.

N. N. Supercilia.

Xo. Membrum virile.

X. Oculi.

R. Anus.

M. Intestinum rectum abscissum.

G. Claviculæ duplices.

4. Sternum abscissum.

Nota. Quæ sequuntur partes binis insignitæ literis inventæ sunt duplices, earumque loca in Figurâ hac utrimque eâdem declarantur literâ.

D. D. 2° Oesophagi, duæque arteriæ asperæ.

A. A. 2^a Vertebrae spinæ.

H. H. 2° Mediastina.

Es. 2^{um} Spinarum dorsi separatio.

B. B. 12 Costæ superiores.

C. C. 24 Costæ utrimque.

E. E. 2° Pulmones.

F. F. 2° Corda.

No. No. 2^a Arteriæ magnæ.

L. L. 2^a Venæ cavæ.

G. G. 2° Pericardia.


Y. Diaphragma.

Partes sequentes in ventre repertæ sunt simplices, duos præter ventriculos, intestinaque duplicia.

Zo. Hepar.

Z. Folliculus fellis.

L. Vena



D
A
H

No
C E L F
G

Y
Zo Z
L W No
P O
L S Q
2 3

D
A
H

No
F L E C
G

K O
Q S I
T V 2 3
M

4




- L. Vena cava.
 W. Vena portæ.
 No. Arteria Magna.
 O.O. Duo Ventriculi.
 Q.Q. Intestina duplicia.
 P. Lien.
 K. Omentum.
 S. S. Renes.
 I. I. Ureteres.
 T. Vesica urinaria.
 2. 2. Vasa spermatica.
 3. 3. Testiculi.
 V. Uterus.
 M. Intestinum rectum.
 5. Cutis.
 7. Os Ilium.
 8. Os Sacrum.
 9. Muliebria.

F I N I S.



2



I



3



AUDITUS ORGANI ANATOMIA

à Generosiss. Nobiliss. Expertissimoque

D^o. D^o. LUDOVICO DE BILS,

à Copenndamme, Bonem, &c. D^o.

Urbis atque Territorii Ardenburgici, &c. Prætoris.

*Subsignatis nobis demonstrata inque annexis his
iconibus Phil-anatomis divulgata.*

Numerus 1. Partem *Ossis Petrofi* secundum naturales ejus suturas à se invicem dissecti continet.

Hic videre est,

- A. A. *Concham.*
- B. *Tympanum.*
- C. *Malleolum.*
- D. *Incudem.*

Numerus 2. *Ossis Petrofi* partem eodem modo dissecti indicat.

Hic habes,

- E. *Stapedem* nonnihil ex *foramine* prominentem *ovali.*
- F. *Quartum ossiculum* tenui vinculo *Stapedi* annexum.
- G. *Foramen ovale.*

Numerus 3. *Ossicula extracta* tria describit eadem formâ, quâ loco suo naturali conjuncta sunt.

Hic ostenduntur.

- H. *Malleolus.*
- I. *Incus.*
- K. *Stapes.*
- L. *Ossiculum quartum, ut supra.*

OMnem hâc delineatione Auditûs sensum pertractare haud animus est; verùm hâc occasione modò indicare, quousque Nobiliss. ille Dominus citrà ullam aliorum opem aut operam in Arte Anatomicâ ascenderit.

Miranda ejus, quæ Theatrum Leydensium Anatomicum in perpetuam ejus memoriam ostentat, commemorare jam nolumus: illud sufficiat experimentum Anatomico, quod nobis futurarum ossium validissimorum, tenuiumque Auditus organorum Anatomiam hoc modo demonstrarit: quo in nullis unquam vel Celeberrimorum Anatomicorum dissectionibus demonstratam comperimus: quod inde fortassè factum est; quia, futurarum ignaris illis *Os Petrosum*, non aliter ac frustulatim aut serrâ dissecandum veniret: tum enim ossicula illa priùs quàm ostenderent, loco suo dimovebant.

Quocircà *Ossis Petrosi* particulas aliquas secundùm earum futuras dissectas annexis his iconibus, inditaque ossicula loco suo delineata divulgavimus, in perpetuum grati animi *τεκμήριον* ac veritatis illius testimonium omnium primùm nobis à Nobiliss. LUDOVICO DE BILS exhibitæ;

Cujus obsignandæ & confirmandæ nunc & olim omninò parati sumus.

ABRAHAMUS PARENT.

LAURENTIUS JORDANUS.

P. M. D.

Slusæ Flandrorum

12. Martii 1655.

Clariss. Celeberrimo

D. D. BURCHARDO WITTENBERGIO

S. P.

TE ignorare nolo, *Clariss. Vir*, quomodo mihi contigerit intertuisse, cùm *Nobiliss. D. D. Ludovicus de Bils à Coppensdamme, &c. Os Petrosum* secundum futuras ejus naturales dissecuit, quatuor exhibendo *Auditus Ossicula*, cum nervis eorum, quibus loco suo unita sunt, *D^o. Frassiero Medico Celeberrimo*, præsentibus aliis *D^o*, ità ut *Idem Medicus & ego* magno cum stupore illa ipsa viderimus secundum futuras quadripartita; quare *Nobiliss. D.* omni admiratione major existit, quod anno ab ætatis tertio ac decimo eousque in penetrando humano corpore processerit, ut quosque superet *Professores*, quomodo liquet ex tot splendidis monumentis in *Theatro Leydensium Anatomico*, qualia nulla ante hanc tam artificiosâ exstructa fuerunt manu, uti illud, quod hominem præ se fert, cute illius saltem obductum, quem recens mortuum jurares, adeò, ut qui gazophylacio suo reponeret *Princeps*, auro vix satis dignè redimat, quin maximi quoque *Ipsi* constitit, cùm aliis voluptatibus pecuniam suam licuerit collocare; divino tamen æstro percitus, quo Insigne illud opus ad singulare aliquod *Confederatæ Reipublicæ Bonum* adduceret, *Celeberrimæ Academia Lugd. Bat.* exquisitissima illa hominum, infantum, bestiarum *Sceleta* consecrare placuit, quandoquidem affectu in *Patriam* suam (quippe *Amstelodamensis*) rapitur suo. Quin porrò *Nobiliss. D.* in gratiam ejusdem *Reipublicæ Academicæ Lugd. Bat.* pluribus onerare beneficiis pergat, nullus dubito, Artesque revelet secretiores, quas *Nobiliss. D.* hæctenus sibi servat, nevé lucem viderunt unquam. *Celebrit. T.*

Studiosissimus

JOHANNES MOURMANNUS.

P. M. D.

Slusæ Flandrorum.
10. Martii 1655.

C 2

D. D. BU R-

D. D. BURCHARDI WITTENBERGII

Nosocomii Brugensis Medici Ordinarii

DECLARATIO, &c.

è Gallicâ versa.

Literatorum prodere Orbi lubet quomodo JEH-OVA Omnipotens Nobiliss. BILSIO Methodum indiderit singularem, adeoque extremas uti Septentrionum oras, hæcenus incognitam.

Quâ utitur, haud à quoquam edoctus Methodum, nisi ab eo, qui propter benignitatem suam ejus direxit manum ita, ut corpus à capitis vertice ad usque calcem dissecet, cum amplissimis vasis simul & minimas fibras, nullâ sanguinis, quem in venis relinquit, effusâ guttulâ, plenissimè aperiendo.

Hâc Methodo divinitus ipsi concessâ ad cognoscendum utitur (ut dixi) μικρότερον, cum universis ejus intestinis, cerebro, reticulo mirabili, & quæcunque his annexa sunt, nî, quæ refero, ad oculum demonstrare queat, Illustres omnes Anatomici Ipsum pro nugamento ne habeant, malè metuerem mihi; plura autem, quæ dixi, ab Ipso conditum corpus videre dabit.

Nulla adeò res animum ad hoc studium compulit, nisi insitus ille decimo tertio ab usque ætatis anno affectus; Natales ejus, quæque Ipsi à Majoribus hæreditas obtigit, Illum quidem ad alia decreverant; cæterum Ille, qui cuncta pro lubitu gerit, Ipsum durare dedit, seris exhibendo Nepotibus totius Orbis Miraculum, quale multa secula per Balsamationem præservare novit. Hâc ratione, & quasi per ocium, insignia naturæ humanæ arcana demonstrans; nihil enim, neque intestina, excrementa, cerebrum, nevé oculos eximit; cuncta autem incorrupta exhibet, adeoque distincta, ut vel perspicacissimus quisque omnes partium functiones deprehendat, ipsis capillis ad usque minutiores: quam unguibus atque faciei relinquit, cutis defuncti notionem spectatoribus indulget, & discantibus singulas corporis particulas (nullis exceptis) oculis lustrandi, manibusque contrectandi copiam.

De hoc miraculo quid dicam ampliùs? Ut scilicet, quodcunque meminimus, actus comprobet, quem jam dedit, Ipsum quibusvis de singulis etiamnum satisfacturum, nulli dubitamus.

Quoad

Quoad inde redundantem utilitatem, de hâc verò Illustribus illis animis statuendum relinquo, qui præclaris suis conjecturis studuerunt, (quod scribo, persuadere; siquidem vasa & musculos fini principioque annexos suo finit ità, ut videre liceat, quomodo musculos permeent, obliquentque à latere eorum, quòve venæ, arteriæ, atque nervi contingant, ut alimentum musculis motumque suppeditent; quod quidem Antiqui Neotericique Anatomici ex dissectionibus suis per icones exprimere haud valeant, propter sanguinis effusionem, qui quidem vasis suis contentus Ipsi viam aperit, adeò ut hæctenus impressæ icones atque hodiernæ dissectiones haut magnum Medicis, Chirurgis cæterisvè Anatomes Discipulis conferre queant utilitatem: necesse enim, ut corpus humanum eo modo disseccetur, quo re ipsâ constitutum est, adeoque conservetur, quo evidentissimè videre sit, quæ disseccanda sint nec-nè, sanguinis cursum, excrementa fellis, ac quorumvis illorum, quæ in nobis functiones suas exercent, elegantissimum animæ domicilium, supremum memoriæ palatium auditûs, ambages, visus testudinem, secretissimum odoratûs recessum, *Pityidis formæ* glandulam, quæ in divino hoc horologio æquilibrii instar se habet.

Quæ hîc observavi miranda suprâ omnem admirationem animum abripuerunt, quandò sapientissimam, omnipotentem, non imitandam Creatoris Illius Omniscii adverto prævidentiam: cuncta namque mensurâ ità distinxit, junxit sustinuitque, ut qui viderint, quemadmodum exhibet, ità exclament mecum: Quàm admirandus es, quamque munificus Domine Deus! quandoquidem Viro illiterato Nobili manifestare dignatus es, quod doctissimis quibusque celasti hæctenus, quorum demiror scripta, quod per caligantes suas dissectiones laudabilem conjecturis lucem fœnerentur.

Verùm ut ad metam properemus, dicam; Balsamationem ejus præservandis citra dissectionem Regum, Principum, nec non Heroum corporibus inservire, partibus exterioribus & interioribus cunctis reservatis ità, ut condita hoc pacto corpora incorrupta dignosci queant.

Adhæc Curia Hagensis, Batavorum Academia, Docti Civitatis Amstelodamensis Viri, atque universi istarum Provinciarum *Φιλανάτορσι* à partibus ejus stabunt.

Nullum prætereà D.D. Ordinum Collegium est, quod non ab aliquo membrorum ejus, quid præstiterit, edoctum sit.

Civitas Leydensis gratuitis & exquisitissimis ejus referta donariis facient fidem dubitantibus, Virum Nobilem scilicet veracem juxtà ac liberalem esse oportere.

Familiares persuasum voluerunt, Ipsum primas quidem hîc obtinere; postremarum verò reum egerunt; siquidem Slusæ Flandrorum delitescere, nevé unquàm officia sua ulli vel Monarchæ, Principi vel Republicæ obtulisse, Deumvé adeò mirandum Ipsi revelasse secretum, non equidem velandum; quoniam per illud vita (ut ità dicam) quodammodo produci queat, cùm enim Medicis per ipsa quasi intestina spaciari liceat, universas cerebri functiones inspicere, & hâc viâ Chirurgis omnes venas, arterias, tendones, nervos, corporisque fibras demonstrare.

Illud est, quod me adegit, prætereà Conscientia mea, nec non fraterna charitas exigunt, ut hanc Declarationem typis mandarem, quò hâc ratione, Doctorum virorum inductionibus, atque familiarium persuasus, ad Commodo invigilandum Publico tandem evincatur; Principibus quoque hâc occasione, qui Ipso uti voluerint, illustria, spes est, daturum esse specimina; vitæ eorum adeoque Monarchiis conservandis profutura; subditis quoque eâdem gaudere licebit prærogativâ, ubi alias de Anatome icones dissectioni ejus conformes ediderit, tanto utiliori, quanto secunda adversæ prævalet valetudini, utpotè quam cuncti inæstimabilem reputant thesaurum.

BURCHARDUS WITTEMBERGIUS.

Med. Doct. Brugensis.

1657.

D. L. U.

D. LUDOVICI BURGUNDI,

Nobilis Galli, Londini commorantis,

Ad Generos. Nobilis.

D. D. LUDOVICUM DE BILS,

à Copensdamme, Bonem, &c. D^m.

E P I S T O L A.

è Gallicâ versa.

OMnium Gentium Sapientes, præsertim verò Hebræi ac Græci, qui librorum sacrorum allegorias inquisiverunt, ac creaturas ex naturæ earum effectis nominarunt, perfectam illam Divinitatis imaginem, hominem scilicet animâ & corpore constantem haud commodius exprimere ac describere potuerunt, quam *μακροκόσμος* illum comparantes, plurima in se continentem mysteria cœlestia, ac cuncta Universi hujus miracula: undè Physici principales ejus partes mutuò conferre studuerunt, uti caput, cui inest cerebrum intellectivæ cognitionis sedes, cum circulis cœlestibus; cor caloris motusque principium cum sole, qui facultatem obtinet vitæ recipiendæ disposita animandi corpora; os sermonis organum cum Mercurio, &c.

Attamen *μικροκόσμος* hic mysticus adeoque concinnus à Creatore suo haud quaquàm duraturam, prout reliqui Planetæ, obtinuit naturam, verùm generationi nec non corruptioni successivæ, tanquàm cætera sub orbe Lunari, mixta corpora, subjectam; ità ut à Theologis quibusdam sacrum Spiritus Dei vocetur domicilium; Medici verò statuunt, quòd cum humor ille radicalis, quo essentiam suam conservabat, absumptus, neu aliandè sit ad tantum recuperabilis gradum, necesse habeat, ut universis facultatibus ejus abolitis, desinat esse.

Nihilominùs tamen homines rerum præteritarum similitudinem, scriptis, structuris, picturâ, sculpturâve, &c. conservandarum ab omni ævo fuerunt usque studiosissimi, ut scientiis & artibus, ad quas varia variorum ferrent ingenia, acquirendis posteros excitarent, neque enim libros in quarundam illarum laudem scriptos citare hîc libet, nevè diversas hominum actiones percurrere, verùm scientiæ Anatomicæ, (quæ Medi-

cinæ

cinæ caput est) experimentis modò immorari, cujusque illustrationi homines docti complures insudarunt, cum ut sibi met ipsis satisfacerent, tum ut Publico inservirent; *Spigelius, Vesalius, Bauhinus, Bartholinus, Weslingius, Hornæus, Riolanus*, aliique aliarum Nationum Illustres Viri compositionis & omnium corporis humani partium facultatum indagationi vitam impenderunt omnem, operique variis modis applicuerunt manum, modò ut alii perfectam compararent cognitionem, ipsis sibi non satisfaciuntibus.

At inter tot insignia Anatomæ Lumina, nemo cadavera dissecta præservanda sibi sumpsit, nevé exactam illorum demonstrationem; adeoque spectatores, quoniam sanguis indefinenter fluit & stillat in corporibus dissecandis, ut plurimum nervum pro venâ accipiunt, atque itidem in reliquis partibus, ità ut dissectio citrà sanguinis effusionem necessariò requiratur, ad cognoscendas *μικροσκομικ* illius tot obnoxii passionibus & morbis mysticas operationes, quibus citrà minimarum partium integritatis distinctam, accuratam & exactam cognitionem subvenire arduum sit; neutiquam tamen Medicorum filiis, Chirurgis, aliisvè *φιλαντάτομικ* singularis, adeoque elegantis illius in mentem venit Methodi; scilicet *quâ corpus à capite ad calcem absque ullâ sanguinis effusione disseccetur, & distinctè ab usque principalioribus ad minus principales demonstrantur partes, adeoque complures annos tale corpus condiatur, & citrà substantiæ amissionem, partiumve dissectionum ruptionem, conservetur.*

Mirandam sanè Methodum! magisvè admirandam & longè lateque prædicandam dexteritatem & labores, quos optimè meritis Vir quidam Nobilis sibi sumere dignatus fuit, magnis non sine sumptibus Methodum utilissimam inveniendo, & animis usque indefessis hâc in arte consummatissimos superando.

Tibi enim scribo, *Nobiliss. Bilsii*, qui cum aliorsum Te vocaret Natalis splendor, sive ad negotiorum politicorum administrationem, sive ad Castra, aliavè exercitia laudabilia, nihilominus tamen illustri. subjecti indagacionem præposuisti, undè insignem absque dubio percepisti voluptatem, cuique temporis multum insumpsisti & pecuniæ.

Deumne hoc Tibi talentum, ut inhumares, impertivisse? Quid? tantosnè vigesimo abhinc anno tulisti labores, ut scientiam hanc Anatomicam sepelires? Einè tantos fecisse sumptus æquum sit, qualiacunque autem indè emolumenta dedigneris? Tot enim se offerunt Tibi
grati

grati animi , qui ut labores tantos compendio devorent , elegantissimam illam cognitionem Anatomicam Tibi inventam si assequerentur, læti precium meritis tuis haud equidem dignum pararent, requisitis autem oneribus ferendis idoneum.

Perpauci sunt Medici & Chirurghi, quin alloquium Tui sibi honori ducerent, & honoraria Tibi persolverent, vel ut scriptam saltem mittere dignareris Methodum.

Tibi quidem haud dignè rependi posse scio; sed enim novos tolerare sumptus Tibi necesse sit, scilicet ut novas cælaturas ad pleniorum dissectionum tuarum intelligentiam cures, & ut aromatibus condiantur cadavera.

Hoc verò Te dignum ipso opus est, istamque Amicis indulgeas voluptatem, Bonoque Publico charitatem! Tibi benedicent omnes, Tuique memoria toti Orbi preciosa erit.

Magnum illum Vop. Fort. D^m Plempium, Doctissimumque Guidonem Patinum Sorbona decus, Rarum illum Isaacum Cattierum Montis-pessulani Medicum, Excellentem Burchardum Wittenbergium Medicum Brugensem, aliosque Viros doctos, facilitatem istam (si uti digneris) Tibi acceptam laturos spero.

Nobiliss. Nom. T.

Studiofiss.

& ex affe Tuus

LUDOVICUS DE BOURGONGNE.

Londini 3 Martii 1653

D

Gene-

Generosissimo, Nobilissimo,

D. L. B I L S I O.

S. P.

Post novam illam dissectionem tuam, mihi *Clarissimisque D. Moermanno & de Raedt, Medicis, ut & Ipponi Sixto, Francisco Guillemio, G. ab Heyde Chirurgis* exhibitam, illam, illiusque utilitatem attentissime consideravi, quàm artificiosissime quàmque dexterrimè, dissectionem illam peregeris à tergo, deque eâ cum Viris Doctis compluribus disserui, quòd scilicèt mediastinum sternò affixum cum diaphragmate, corde & pulmone, cum vasis omnibus sanguine repletis exhibueris, atque mediastinum sternò conduplicatum, collum versùs inter claviculas liquidò deprehenderimus, cum concavitate vasorum meatui ex arteriâ magnâ atque venâ cavâ prodeuntium, inserviente, inter secundam tertiamque costam terminatâ, undè mediastinum prædictum inter sextam septimamque costam simplex exeat, ibique idem reduplicetur, utrobique sacculi formam exhibens, altero à parte dexterâ aperto, à sinistrâ clauso, altero autem aperto ad sinistram, clauso ad dexteram; undè variæ obortæ sunt disceptationes, ipsis se autoritate neotericorum famâ celebratissimorum Anatomicorum, *A. Valkenburgii*, atque *Bartholini*, fol. 243. aliorumque complurium asserentium passim duplicatum esse, tuentibus; cæterùm ulterius contendere nolui, certò persuasus, omnes in dissectionibus tum hominum, tum bestiarum sternum dirupisse, quòd aliter fieri posse (uti dictum) ostendis, ac patet ex cadavere illo Tibi dissecto, atque condito, cum aliàs sternò aperto, mediastinum non nisi ruptum conspicendum veniat.

Itaque illi ipsi amici, ut ipsum in cadavere humano demonstraretur, mecum percipiunt maximè; cumque audiam brevi Tibi concessum iri cadaver, gratiâ gratiam relaturus unicè rogo, uti eum in finem vocatus cum aliis rei spectandæ cupidis ad ipsam corporis istius à tergo, (ut nuper) dissecando *cu'ro Sixto* admittamur, quomodo ipsum mediastinum se habeat, lustraturi, cum Tibi aliis de causis ipsâ hoc constet experientiâ, nobis non item; & quoniam dissectio incruenta ab aliis (quantum nobis constat) reperta nunquam fuerit, si *Phil-anatomicis* Artem istam tuam profiteri

fiteri Tibi animus esset, nullus dubito, quin ingentes nummos Tibi indè conflares, tùm enim citrà ultiores tuos sumptus varia licebit dissecare ac condire corpora, undè excudantur figuræ, atque luculenta, uti hujus subjecti, ità & aliorum hætenùs controversorum elucescat veritas; nulla namque ratio dari potest, quare tantum insigni absque emolumento tot tantisque sumptibus ac sudoribus paratum prostituas arcannum.

Quin imò unà Tecum Artem illam interire minimè patieris.
Quare institutum tuum nosse laborans hìc gradum sisto.

Generosiss. Nobilissimi Nom. T.

Officiosiss. Cultor

BURCHARDUS WITTENBERGIUS.

Dabam Brugis
16 Febr. 1658.

F I N I S.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.

Sixth block of faint, illegible text.

Seventh block of faint, illegible text.

Eighth block of faint, illegible text.

Ninth block of faint, illegible text at the bottom of the page.